Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Et hoc dicto q per hostium fugere nō
poterat qui ab ingredientibus uideretur
quidam tectum ascendit clamansque fugit de
domo illa ita ut non posset quomodolibet re
periri illi q pro tunc sunt suo intento
frustrati. Verum quanto magis uiderunt
eius humilitatem et humanam fauoris fu
gam tanto amplius † fiducia de sancti
tatis eius uirtute maiorique feruore r
ipsius auxilium implorauerunt. Nolentes
autem ad ipsam accedere q cunctis
pracibus prohibuerat ne aliquis de hac
materia loqueretur habuerunt recursum
ad fratrem thomam eius tunc confessorem
sepissime superius nominatum cui no
uerant uirginem in omnibus obedire nar
rantesque suam miseriam supplicauerunt
ut per obedientiam eam cogeret ad sub
ueniendum eorum calamitati. Ille uero
ex corde illis compaciens et nichilominus
sciens se super uirtute miraculorum nullam
potestatem habere humilitatemque uirginis
non ignorans talem adinuenit cautelam.
Accessit quadam sero ad domum uirginis ab
sente ipsa pro tunc ex aliquo casu puellamque
demoniacam secum duxit usque ad oratorium
eius et tunc illi socie que in domo remanserat
dixit. Dicas catherine quando reuersa fuit
q ego per obedientiam ei mando q hanc
puellam permittat ista nocte hic hospitari
eamque secum retineat usque mane et hoc
dicto puella ibidem dimissa discessit.
Post paruam autem moram uirgo reuersa
cum puellam in proprio cubiculo inuenisset
ipsamque mox cognouisset plenam esse demo
nio suspicans illam esse quam fugiebat
dixit ad sociam. Quis huc hanc puellam
adduxit. Cui cum illa narrasset confes
soris mandatum uidens se undique coar
tatam ad consuetum cucurrit refugium

orationis puellamque secum flexis genibus
orare coegit totamque noctem illam in pugna
cum hoste illo ac oratione uigil expendit. dies
Quid plura. priusquam illucesceret demon
ille licet diu reluctaretur uirtute tamen
diuina coactus abscessit puellaque absque
quacumque corporis lesione remansit. Ad
dum socia uirginis que uocabatur alexia
percepisset illucescente die intimauit fratri
thome predicto laurentiam predictam puel
lam fore a uexatione dyabolica liberatam.
Qua ex causa ipse cum parentibus laure
cie ad habitaculum uirginis accedentes
puellamque simpliciter liberatam inuenien
tes parentes predicti gratias agentes omni
potenti deo et ipsi uirgini lacrimabiliter
reddiderunt. Quo facto filiam secum redu
cere uolebant ad propria sed uirgo domino suo
reuelante domino quod futurum erat ad huc
circa puellam dixit ad eos. Dimitte adhuc
puellam diebus aliquibus hic morari no
biscum quia sic expedit sue saluti. Ad
illi gratissime acceptantes dimissa filia
cum non paruo gaudio recesserunt. Virgo
autem facta interim monita salutis
dans eidem puelle ac ad frequenter et de
uote orandum inducens uerbo pariter et exemplo
prohibuit ei ne domum illa aliquo modo egre
deretur quousque parentibus aduenientibus
ex toto recederet. At illa perfecte seruauit
seque melius dispositam cotidie amplius
ostendebat. Verum q dicta domus non
erat domus propria uirginis sed erat domina
alexie supradicte que tamen non multum di
stabat ab eius propria domo. Contigit illis
diebus uirginem domina una cum alexia do
mina ad propriam se transferre ubique ma
nere per diem laurentia prefata cum quadam
seruitrice in alexie domo relicta. Cumque
post solis occasum iam esse pustulum fieret